

nunt; Schneid. in epitome in usu feudorum part. 4. n. 1. Dnus D.
Svevus d. Exerc. feud. 6. assertione primâ. Sic aliter consti-
tuitur servitus l. ususfr. 6. §. i. & 2. ff. de usufr. aliter acquiritur
l. 3. princ. verb. dare ff. cod.

(b) §. singulorum ii. Inst. de rerum divis. §. fin. Inst. de usu
& habitatione, l. t. ff. de acqvir. rer. dom. Licet enim domi-
nium sit ex jure gentium, quoniam tamēn iūra & commer-
cia rerum postulant, ut non tantum cum peregrinis, sed et-
iam cum cīvibus contrahatur, factum est, ut quidam modi
sint naturales & communis inter omnes gentes, quidam vero
cīviles; de quib[us] thes. seqq. agemus:

XVII.

Primiū ergo modus (a) occūpatio, ex ratiōne statutāli
inter omnes homines peraqve observata, est: justa rei ap-
prehensiō, per quam habetur possessio naturalis, à qua domi-
nium rerum quondam cœpit. (b)

(a) Modi acqvirendi qui & qvot sint non satis inter in-
terpretes convenit; explicari in Institutionibus duodecim re-
ferunt Contius & Theophilus; Wesenbec. de rerum divis. decem
& octo adfert; Mynsingerius eodem viginti. Melioris intel-
liget gratia omnes omnino ad generales quoſdam revocati
sunt; quorum Treutl. facit 4. Occupationem, traditionem,
accesſionem, specificationem vol. 2. disp. 20. thes. 2. Hahnii
duos: Occupationem seu apprehensionem & accessionem
cum suis subdivisionibus, in Comm. ad Wef. d. acq. rer. dom.
n. 8. Alii tres constituunt modos 1. Occupationem à parte
acquirientis, 2. Traditionem à parte alienantis & 3. acces-
ſionem à parte rei. Zoes. in Comm. adff. de acq. rer. dom. n. b.
quæ divisio ipsi Hahnio loco supra laudato arridet, & nos
eam persequemus.

(b) Id enim quod nullius est, naturali ratione occupanti
conceditur l. 3. ff. de acq. rer. dom. Wesenb. Schneid. Myns. Borch.
& reliqui Institutionum explanatores. Occupatio in signi-
ficatu laxiori non tantum ad animalia (quod tamēn frequen-
tius in iure fieri solet) sed etiam ad prædia, agros, thesauros,

lapili-